Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0002-4

1797.

1. * Bestuscheff-Rumin, Ioanna Henrica Ludovica, Comitissa, de, e gente de Carlowitz: Responsa juris 79, 80, 81. Programma, quo quatuor facult. Lipsiens. decani seniores et reliqui assessores memoriam anniversariam Ioannae Henricae Ludovicae, Comitissae de Bestuscheff-Rumin e gente nobili de Carlowitz celebrandam indicunt.

2. * Bornius: Responsa juris LXXV. Programma, quo ordinarius senior et reliqui fac. jur. assessores memoriam Bornianam indicunt.

3. * Magerus, Ioannes Fridericus: Responsa juris 86. Programma, quo ordinarius senior et reliqui assessores jur. fac. memoriam Ioannis Friderici Mageri recolendam indicunt.

4. * Spittner, Ioannes Carolus Fridericus, L.B. de: Responsa juris 74. Programma, quo ordinarius senior et reliqui assessores fac. jur. examen Ioannis Caroli Friderici L.B. de Spittner ... superatum testantur.

1797.

5. Bauer, Henricus Gottfridus, fac. jur. procancellarius: Responsa juris 82 et 83. Programma, quo solemnia doctoralia Caroli Theodori Gutjahr indicit.

6. Bauer, Henricus Gottfridus: Responsa juris 68, 69, 70. Programma, quo solemnia doctoralia Caroli Friderici Proelssii indicit.

7. Bauerus, Henricus Gottfridus, fac. jur. procancellarius: Responsa juris 84 et 85. Programma, quo solemnia doctoralia Ioannis Guilielmi Volcmanni indicit.

8. Bienerus, Christianus Gottlob, fac. jur. procancellarius: De originibus Schriftsassiorum et amtsassiorum praecipue in Saxonia p. 1. Programma, quo solemnia doctoralia Ernesti Friderici Haupt indicit.

9. Bienerus, Christianus Gottlob: De originibus Schriftsassiorum et amtsassiorum praecipue in Saxonia p. 2. Programma, quo solemnia doctoralia Ioannis Christiani Rodig indicit.

1797.

10. Bienerus, Christianus Gottlob: Variae juris civilis quaestiones.

11. Bienerus, Christianus Gottlob: De jurisdictione clientelari.

12. Decius, Johannes Georgius: De judiciorum veni-corum origine.

13. Einert, Christianus Gottlob, pac. jur. procancellarius: De eo, quod juris est, inprimis in Saxonia, circa immunitatem a tributis, quae privilegio nititur. p. 1. Programma quo solemnia inaugu-ralia Maximiliani Josephi Hanschildi im Dict.

14. Einert, Christianus Gottlob: De eo, quod juris est, inprimis in Saxonia circa Immunitatem a tributis quae privilegio nititur. p. 2. Programma, quo solemnia doctoralia Cordi Theophili Weberi indicit.

15. Erhardus, Christ. Daniel: De jurejurando malitiae secundum leges Saxonicas.

1797.

16. Gutjahr, Carolus Theodorus: De exhibitione deli-
quentium. Spec. 2.

17. Haubold, Christianus Gottlieb: De origine atque
fatis usucapionis rerum mobilium Saxonic
Programma, quo orationem auspicalem indicit

18. Hauboldus, Christ. Gottl.: De jure civili a M.
Tullio Cicerone in artem redacto.

19. Hauboldus, Christ. Gottl.: De dotalitio necessario
conturbata re mariti familiari non exigend

20. Haupt, Ernestus Fridericus: De poena adulterii
ex lege Julia de coercendis adulteriis. Accedit
de suppliciis bonorum secundum Nov. 14.

21. Huebner, Christianus Gottlieb: Meditationum et ob-
servationum juridicarum ad A. Persii Flacci
satiras specimen.

22. Keesius, Ernestus Fridericus: Observationes juris
matrimonialis.

1797.

23 Plattnerus, Ernestus: Quaestiones medicinae forensis: I De amentia occulta. Programma quo panegyrin medicam indicit.

24. Rau, Christianus: De transitu et admissione legati. Dissertatio juris gentium

25. Vollmann, Ioannes Guilielmus: De seditione ad legem Saxonicam Electoralem a. 1791. d. 18 Jan.

26. Weber, Conradus Gottlieb: De vera ordinum provincialium tum in Germania generatim tum speciatim in Bavariae ducatu epocha recte constituenda. p. 2. specialis

27. Weber, Conradus Gottlieb: De vera ordinum provincialium tum in Germania specialim tum specialim in Bavariae Ducatu epocha recte constituenda. p. 1. generalis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0008-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0009-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0010-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0011-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0012-0

1797, 3.

MEMORIAM
IOANNIS FRIDERICI MAGERI
SENIORIS IN SCABINATV
QVONDAM MERITISSIMI

IN

AVDITORIO ICTORVM

D. VI. NOV. A. C. MDCCXCVII

HORA IX

SOLEMNI ORATIONE
RECOLENDAM AC CELEBRANDAM

INDICVNT

ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
IVRIDICAE FACVLTATIS

INEST

Reſponſor. Iuris LXXXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0013-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0014-1

RESPONS. LXXXVI.

Fundus pertinentialis a domino pleno, abſque praeſcitu collegii ſteuralis onerumque diſtributionis approbatione, venditus, neque venditoris, neque alius praedii principalis domini, vindicationem admittit, vt tantum poſſeſſor iuſtam onerum inſcriptionem pati teneatur.

Aequitas poſtulat, et reſpublica exigit, vt ſinguli ciues ad defendendam tuendamque ciuitatem, Principemque ſuſtinendum, quisque pro modo virium, et, quo in ciuitate vtitur, commodorum, ſuum conferant. Quam ob rem, quoniam ſtatus publici conſervatio plurimum emolumenti praediorum poſſeſſoribus affert, quippe reliqui, omnia ſua quaſi ſecum portantes, migrant facilius, tributa ad mercedem militibus perſoluendam, ſumtusque exercitus cauſa reliquos ferendos, nec non ad tuendam Principis dignitatem neceſſaria praediis potiſſimum impoſita conſpicimus. Quae quum ex fructibus haurienda ſint, per ſe patet, fundorum omnium, qui ad praedia pertinuerant, in modo tributorum

aeſtimando rationem fuiſſe habendam. Nec minns intelligitur, ſi qui poſt illam onerum aeſtimationem fundi a praedio principali, neglecta aequabili tributorum diſtributione, auellantur, id Principi et reipublicae noxium eſſe debere. Quandoquidem iſta onera non ſingulis agris, ſed praediis, pro numero vbertate et vtilitate fundorum, agri, ſyluae, piſcinae, prata, vel quae alia fuerint, ad illa pertinentium, impoſita et inſcripta eſſe ſcimus.

Ob eamque rem pernicioſas iſtiusmodi fundorum auulſiones ac dismembrationes compeſcere ac circumſcribere variis legibus Saxonia noſtra ſtuduit. Huc pertinent *Deciſ. LXV. d. a.* 1661. *Deciſ. XVII. d. a.* 1746. *Reſcript. d.* 24. *Decbr.* 1740. et *Generalia d.* 26. *Januar.* 1732. *d.* 15. *Aug.* 1766. ac *d.* 4. *Maj.* 1784. Ex quibus intelligimus, quo modo, et quorum collegiorum praeſcitu et auctoritate fieri debeant. Quae quoniam in dd. ll. praeſertim d. a. 1740. ac 1784. ſatis dilucide exponuntur, huc repetere otioſum eſſet.

Id vero, quoniam pragmaticos hac in re errare plus vice ſimplici cognoui, eo magis neceſſarium, in conſecutionem inquirere, ſi alienationes eiusmodi ſecundum ordinem et formam praeſcriptam non factas eſſe cognoſcatur. Siquidem apparuit, non paucos in ea eſſe opinione, vt putent, eiusmodi alienationes nullas habendas, adeoque principalis praedii domino facultatem eſſe tribuendam, oblato emtionis pretio, fundum

fundum auulſum vindicandi, nec praeſcriptionis exceptionem huic petitioni obſiſtere. Cui opinioni non ſolum *d. l. d. a.* 1732. ſed etiam *l.* 5. *C. d. LL. et Conſtitutt. Principp.* patrocinari videtur. Quarum illa omnes omnino venditiones et alius generis alienationes inconſulto ſteurali collegio factas diſerte nullas ait, haec omnia lege fieri prohibita, ſi facta fuerint, inutilia et pro infectis habenda conſtituit.

Quanquam vero haec ita ſunt, ſi quid video, certiſſima iuris principia et regulae, quin ipſa iuris aequitatisque ratio et analogia eiusmodi ſententiae accedere prohiberent, etiamſi lex illa d. a. 1732. hoc inferret, et adhuc perduraret, nec potius ſequioribus legibus mutata quodammodo ac temperata conſpiceretur. Poſita enim nullitate venditionis fundi, praedio, quocum coniunctum fuerat, adſcripti, ex ipſa illa lege dilucide apparet, nullitatem non venditoris cauſa, ſed Principis, ſtatuumque Prouincialium, fiſci gratia conſtitutam, adeoque expectandum eſſe, in quem finem ille fiſcus, cui quidem ſoli lex patrocinatur, iure ſuo vti malit, vel, vt venditionem omnino retractet, vel, vt, rata ea habita, fundi auulſi emtorem ad ſuſcipienda onera idonea compellat.

Vtriusque contrahentium actioni vero, emtoris et venditoris, eorumque ſucceſſorum, vniuerſales ſint, an ſpeciales, iuris exceptio, proprium factum impugnare nemini licere, prouocationemque ad d. l. inferre exceptionem de iure tertii

petitam, perpetuo obſtare, eosque a iudicii limine repellere debet. Quod de contrahentibus ipſis per ſe clarum, nec minus de ſucceſſoribus verum eſt, qui haeredes defuncti factum praeſtare, emtores venditoris iure vti obligantur. Sed nec Principis fiſcus ea arbitrii libertate, quam d. l. d. a. 1732. ei tribuit, hodie vtitur. Deciſ. 65. d. a. 1661. non ſeparationem fundorum, a praedio principali, ſolam eorum a tributis liberationem reprobat, quod eius verba, *daß ſolche Käuffe und Handlungen — — — ſo viel dieſen Punkt betrift, nichtig und ungültig ſeyn, auch nichts deſto weniger auf dem Käuffer des Guths alle darauf haftende Gefälle gefordert werden ſollen*, euincunt. Eandemque ſententiam inierunt Reſcript. d. 24. Decembr. 1740. ac Deciſ. XVII. d. a. 1746. Si illud quidem conſilii, quod Llator in d. l. a. 1732. profeſſus fuerat, mutandi voluntatem ſignificat, et eiusdem voluntatis confirmatio ex huius verbis claret, *daß ein ſolches* pactum (*nicht der ganze Veräußerungs*-contract) *unbeſtändig, und derjenige, der dergleichen Beſchwehrden übernommen, oder auf ſich behalten, deßwegen zur* Euiction *oder Leiſtung des* intereſſe *nicht verbunden ſeyn — — — ſolle.* Haec enim verba extra dubium collocant, facta fundi pertinentialis, (vt ita dicam) inconſulto Principe, alienatione, legitima auulſo tributa imponenda, alienationem ipſam non reſcindendam eſſe. Idque egregie reſpondet regulae iuris communis, ſecundum quam vtile per inutile non vitiatur. Vt adeo, quum ne Principis quidem fiſcus, cuius commodum omnes genuit, ea ex recentiſſimis legibus vi polleat, vt eiusmodi alienationes

nes reſoluere valeat, omnino abſonum foret, ipſis eam contrahentibus, quibus, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non licet, *l.* 35. *D. d. R. I.* largiri.

Nec facti contra leges commiſſi turpitudo validum actioni fundamentum miniſtrat, dum nouimus, in pari cauſa potiorem haberi poſſeſſoris conditionem. Vna via grauatis patet. Videlicet ſupplicibus Principem adire precibus, vt inueſtigare per adminiſtros laeſionem, eamque clementiſſime corrigere velit.

Et hoc nihil impediente frequentes prodeunt lites, quibus domini praedii principalis, vel ipſi venditores, vel, quod ſaepius contingit, eorum ſucceſſores fundos auulſos, oblato emtionis pretio, vindicare ſtudent. Augmento pretii fundorum et fructuum, quale his noſtris diebus obtinet, allecti, legibus patriis non intellectis ſeducti, iuris denique regularum, iuſtaeque interpretationis praeceptorum vel ignari, vel parum curioſi. Quos omnes repulſam ferre, ſecundum ea, quae praemiſi, nemo mirabitur. Poſſem hoc, ſi ad manus haberem, et ſi opus eſſet, pluribus ex ſchedis meis exemplis illuſtrare. Vnum, quod his ipſis diebus a nobis exiit, ſufficiet. Continet ſententiam iuſtitiario pagi alicuius, cui nomen eſt Poeplitz, in cauſa A. et R. exhibitam, his verbis conceptam: *Daß Kls auf Wiederaufhebung des* ſol. 4 ſq. *befindlichen Contrakts, und Abtretung der Beklagtem verkauften Hufe Landes ge-*

richte-

richtetes Suchen nicht ſtatt hat; Es bleibt jedoch demſelben, daferne auf nurgedachter Hufe gnügliche Onera *im Verhältniſſe mit dem Erbrichter-Guthe, davon ſie getrennt worden, nicht haften ſollten, die Ausgleichung gehörigen Orts zu ſuchen unbenommen V. R. W. Mit folgenden angefügten Entſcheidungsgründen:*

Dieweil Kl. wenn er des in der Urkunde fol. 4. *benannten Verkäufers mittel- oder unmittelbarer Erbe ſeyn ſollte, deſſen Handlungen zu gewähren ſowohl nach natürlichen als bürgerlichen Rechten verpflichtet iſt; Und wenn er durch Kauf oder mittelſt eines andern Vertrags unter denen Lebendigen das Eigenthum des in Frage befangenen Erbrichter-Guths erlanget haben ſollte, kein beſſeres Recht, als ſeinem Vorgänger darauf zu geſtanden, erlanget haben kann; Dieſemnach, da beſage der von Klägern ſelbſt angezogenen Urkunde und deren Innhalte* fol. 5. *der Wiederkauf, weil am* 26. *Jun.* 1777. *die Einlöſung nicht geſchehen, in einen Erbkauf übergegangen, die angeſtellte Klage* facti proprii inpugnationem inuolviret; *daß aber dieſe der rechtlichen Analogie entgegen in dem Befehle vom* 26. *Januar* 1732. *habe geſtattet, und etwas einem anerkanntem Grundſatze des natürlichen Rechts wiederſtreitendes begünſtiget werden wollen, ſich auf keine Weiſe behaupten läſſet; Daß vielmehr, weil alle Geſetze der rechtlichen Analogie gemäß zu verſtehen, und alle neue Verordnungen aufs möglichſte einzuſchränken ſind, die in nur gedachten Befehle erkannte Nichtigkeit keinesweges vom ganzen Kauſe, ſondern allein und zwar wegen des nur dieſsfalls einſchlagenden* intereſſe fiſci ſteuralis vel electoralis, *welcher dadurch allein zu Vermeidung deshalb beſorgli-*

ſorglicher Caducität befördert werden wollen, von dem mit dem Kaufe verbundenen Vertrage, wodurch das Haupt-Guth das davon getrennte Pertinenzſtück in oneribus *zu übertragen, verpflichtet werden wollen, zu verſtehen iſt. Wie denn eben dieſes aus der 65ſten Deciſion von J.* 1661. *und deren Worten, „und hierdurch uns und dem „gemeinen Weſen zum Nachtheil handeln“ ingleichen denen folgenden, „daß ſolche Käufe und Handlungen, ſie geſchehen, unter was Schein „und Vorwande ſie wollen, ſo viel dieſen Punkt betrift, nichtig und ungültig ſeyn“ ingleichen aus der auf nur gedachtes ältere Geſetz ausdrücklich bezug nehmenden 17den Deciſ. v. J.* 1746. *und deren Worten, „alſo ſetzen und ordnen wir hiermit, daß ein ſolches* pactum *in „Zukunft auch unter denen Contrahenten, (folglich nicht die ganze „Verhandlung) unbeſtändig“ etc. noch deutlicher und unwiederſprechlicher herfür gehet, angeſehen, wenn ja in dem Befehle v. J.* 1732. *die Abſicht auf Vernichtung des ganzen Geſchäfts gegangen ſeyn ſollte, ſolches wenigſtens in dieſem neueren Geſetze wieder abgeändert, und die Entſchädigung denen allgemeinen rechtlichen Grundſätzen beſſer angemeſſen worden; Wobey überdem nicht außer Augen zu laſſen, daß auf den ſchlimmſten Fall aus mehr erwähntem Befehle v. J.* 1732. *nur für den* fiſcum *ein Befugniß, die ganze Veräußerung zu hinterziehen, erwachſen ſeyn könnte, und die Berufung darauf dem Verkäufer oder deſſen Nachfolgern, als eine Beziehung auf ein* ius tertii *nicht zu geſtatten ſeyn würde; Dieſen allen auch in gegenwärtiger Sache annoch beytritt, daß die ſtreitige Hufe beſ.* fol. 5. *mit denen darauf haftenden Beſchwerungen veräußert worden, weshalb bey der ganzen Sache nur in Anſehung der vernachläßigten Concurrenz des Oberſteuer-*

Collegii

Collegii einiger Mangel erſcheinet; Im übrigen der von Klägern für ſich angezogene Befehl v. J. 1732. denſelben wohl irre führen können, weshalb demſelben eine muthwillige Streitſucht ſo ſchlechterdings nicht beygemeſſen werden mag, ſo iſt etc.

Has meditationes, quibus optauerim vanis, iisdemque bona fide exutis, adeoque peſſimis diſceptationibus viam praecludere, publice profitendi, dedit occaſionem vir, cuius memoriam non magis propter inſignem, qua eminebat, iurisprudentiam, quam propter pectoris ſinceritatem cordiſque integritatem, qua omnium animos ſibi deuinciebat, veneror, et quem ob vtramque cauſam cominus nouiſſe mihi gratulor, D. IOANN. FRIDERICVS MAGERVS in illuſtri Scabinatus Collegio quondam Senior per longam annorum ſeriem inſigniter clarus. Is teſtamenti ſui tabulis praeclaram in Deum et Saluatorem pietatem, ſingularemque in ſingulos collegas expreſſit amicitiam. Non enim ſolum ſingulos legato duorum millium ioachimicorum ornauit, ſed aequalem etiam ſortem ſtipendio conſtituit, quo potiſſimum filii Scabinorum iidemque iurium ſtudioſi potirentur, et eius compotes facti die ipſius natali, i. e. VI. Nouembr. orationem in auditorio noſtro recitarent, quo ſuper themate, quod ſuggeſſerit Scabinatus Collegium, diſſererent, diuinamque prouidentiam praedicarent. Primus huius beneficii compos factus, Illuſtris HERMANNI, conſulis meritiſſimi, noſtri quondam collegae amantiſſimi, filius, GODOFREDVS GVILIELMVS, pio hoc officio functurus,

oran-

orando in quaeſtionem inquiret, *num haeres legitimus, vt teſtamento imperfecto obſequatur, conſcientia obligetur*, diuinamque, ac teſtatoris, munificentiam gratus celebrabit.

Quam vt Panegyrin RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES, Proceres vtriusque Reipublicae Grauiſſimi, Generoſiſſimique ac Generoſi commilitones praeſentes frequentesque illuſtrent et ornent, omnes ac ſingulos obſeruantiſſime cupio rogatos.

Scribebam Lipſ. Dominic. XXI. Poſt Feſt. SS. Trinit. A. C. MDCCXCVII.

LIPSIAE

EX OFFICINA SAALBACHIA.

Leipzig, Diss., 1797
X 2309 032

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0025-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0026-8

1797, 3.

MEMORIAM
IOANNIS FRIDERICI MAGERI
SENIORIS IN SCABINATV
QVONDAM MERITISSIMI
IN
AVDITORIO ICTORVM
D. VI. NOV. A. C. MDCCXCVII
HORA IX
SOLEMNI ORATIONE
RECOLENDAM AC CELEBRANDAM
INDICVNT
ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
IVRIDICAE FACVLTATIS

INEST
Reſponſor. Iuris LXXXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130491-p0027-4